PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

intelligunt sex etates: tam temporis
quam hominis. in nona enim: quinta et
quarta etas intelligitur. in eadem
quoque: iuuentus et senectus. Identitas
quidem denarij: eandem perpetuitatem
notat. nulli enim uita: ibi breuior.
aut longior erit alia. vel idem potest:
omnia in omnibus: in ea notatur. de minu
re uero recipientium potest vel potest esse
dici potest: quia ibi non est / sine crescere. quia si
rit minuitur inui / uellet primum in
denarium. sed ad muram / mutare: posset
cium: de magni / rationabiliter mini
tudine primus. soler / eorum comprimi.
enim quinque minuitur accipi: pro confusio
ne uocum. vel potest etiam mini: alta
tum presentem. interrogatio: cur pares
fecisti: ad futurum. causam enim dilectio
nis angla: pro quia potuerit minuitura
re antiqui: tunc demum scient. quam non
quam sciuerant: scilicet ne sine nobis glorifi
carentur. admiracionem autem eorum de causa
cogitata: expressit dominus sub interrogacio
ne. Post concludens parabolam: ait.
Sic erunt nouissimi primi: et primi
nouissimi. i. iudei et gentes: equa
buntur in ingressu regni celorum. quia
nullus intrauit usque in septimam eta
tem quiescentium. que incepit ple
ne in ascensione. In resurrectione
que corporum: electi cuiusque etatis. uel temporis:
uel hominis: equabuntur. non forte pauci:
iam surrexerint qui priuilegiati. Quidam
tamen quia in parabola legitur: an oculus tuus
nequam est: et infine est: multi uocati:
pauci uero electi: dicit laborantes in
uinea: omnes fideles. cuiuscumque temporis.
uel etatis. quorum quidam: boni. alii uero:
mali. et uocantur accipientes cum minu
re: malos: putantes se accepturos.
de quibus dicit propheta. Cadent a latere
tuo mille: et decem milia. et dominus in
euangelio dicit se dicturum talibus:
nescio uos. quamuis igitur de eisdem ui
deatur sermo fieri: scilicet de accipientibus
denarium. tamen: secundum regulam ticonii:
de diuisis ibi agitur. scilicet de accipienti
bus et non accipientibus: sed putantibus
se accepturos. sed tamen nec putabunt.
nec accipient. De ydropico. et exor
tatione ad humilitatem. et misericordiam.
Et factum est: cum sabbato manduca
ret panem in domo cuiusdam prin
cipis phariseorum: erat ante eum ydro
picus. Est autem ydropis: aquosus humor
subcutaneus. de uicio uesice natus.
cum inflacione et anhelitu fetido.
Obseruabant autem pharisei ihesum: si
sabbato curaret. Cumque quesisset ab
eis: si licet sabbato curare: et tacuissent:
apprehensum languidum sanauit.
Post: probauit licere curare: quia pecus
lapsum in puteo. die sabbati extrahi
tur. Mirum autem erat: quod de curationibus
in sabbato eum arguebant. habent enim
in tradicionibus suis: determinata genera
operum. ccc. lxx. a quibus uacandum est
sabbato. inter que: non est curatio. maxime:
que solo fit uerbo: sicut dominus sepe curabat.
Dicebat autem et ad inuitatos parabo
lam: cum inuitatus fueris ad nup
tias: non discumbas in primo loco. Contra
superbiam phariseorum: humilitatem
docebat. et nota: quia hec non est parabola. sed
pocius exemplum unius operis: humi
litatis faciendi. quod: quia ideo proponitur ut ad
similitudinem eius cetera fiant: pa
rabola uocatur. quasi similitudo in
exemplo. Illum autem qui eum inuita
uerat: monebat ad misericordiam. dicens.
cum facis prandium: noli inuitare
cognatos. et diuites. sed pauperes. Non
dampnat amicorum inuitacionem.
sed uoluntatem: luxuriose edendi.
et reinuitandi. Ex eo quod dominus ait
hic: retribuetur enim tibi in resurrec
tione iustorum: et quidam de discumben
tibus intulit: beatus qui manduca
bit panem in regno dei. Errauit
cherintus. dicens: etiam corporalem
ibi futuram refectionem. sic homo
creatus est immortalis. non tamen: sine ciborum
alimonia.